



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ

Roth von Schreckenstein, Hieronymus

Ingolstadii, 1550

VD16 R 3252

Platina de sancto Petro scribens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30126

DE PRINCIPALITATE

Ex Catalogo Annorum.

Petrus Romam, Romanis restantibus Anno Claudij Imperatoris secundo profectus, in Vaticano Pontificiam olim anno ab Aquis Noa 108. Iano dedicatam restituit, ipse primus uita, doctrina, factisque clarus, Lino & Cleto consecratis atq; Clementi Pontificatum commisso. Nerone primum Christianos persequente, Anno Pontificatus sui 25. mirando nullum successorum hunc Regni numerum attigisse, sicut nec Imperatorem ullum Augusti Imperium aequasse, cum Paulo Tarsensi diuinitus electo uase, Doctore tum gentium, Romanorum maximo, gladio caeso crucifixus ad crucifixum Magistrum & dominum suum gloriose migravit.

PLATINA de sancto Petro scribens.

His rebus intentus Vir sanctissimus tantum nominis sibi apud omnes comparauerat, ut iam fere pro Deo coleretur, hanc ob rem indignatus Nero mortem hominis quærebat, Petrus monentibus amicis ad declinandam inuidiam & iram Principis uia Appia ab urbe discedens, ad primum lapidem CHRISTO (ut uerbis Hegesippi utar) fit obuiam. Quem quidem adorans, rogat, Domine quo uadis, tum CHRISTVS, Romam iterum crucifigi. Extat sacellum eo loci, ubi hæc uerba sunt habita. Tum Petrus de Martyrio suo dictum existimans, quod in se Christus passurus uideretur ad urbem rediit.

Idem